



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 50. Si actus, in quo simonia committitur, sit invalidus, an pœnæ Juris incurvantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

224 §. 5. Mediatores, seu qui procurant beneficium sic resignari vel obtineri, excommunicantur ipso facto, sed non prius, quam Simonia illa sit utrumque realis & completa, uti habent *Suar.* n. 15, *Laym.* num. 78. *Pirh.* num. 115.

225 Q. 50. Si actus, in qua committitur simonia, sit invalidus, an poenæ Juris incurvantur. R. Si sit invalidus ratione ipsius Simoniae, patet incurri: Si autem sit invalidus aliunde, quam ratione Simoniae, v.g. si quis pro pecunia renunciet beneficium, non ex animo, sed fictè, absque authoritate Superioris, cum consensus & authoritas requiratur ad valorem istius renunciationis, committi quidem poterit Simonia, sed non incurritur poenæ, quia ut hæ incurvantur, actus debet esse talis, ut nisi Simonia interveniret, foret validus, hic autem actus est aliunde invalidus, uti dictum est, ita *Nav. Sanch.* aliquique cum *Lugo* in *Resp. Mor.* L.2.D.3.

226 Q. 51. An metus gravis excusat, ut quis possit retinere beneficium, alioqui propter simoniam dimitendum. R. Si Simonia sit occulta, & adsint circumstantiae gravis infamiae certò incurrendæ, non videtur esse obligatio dimitendi beneficium, vel in se exequendi alias poenas simoniae; nam in primis docent *Suar.* de Cens. d. 13. Seçt. i. n.ii. & *Diana* P. 4. T. 4. R. 56, si quis, cui offertur occasio beneficii, esset inhabilis, v.g. ob excommunicationem, & subiret periculum infamiae vel scandali, si non acceptaret, non teneri suam inhabilitatem prodere, sed posse sine scrupulo acceptare, cum obligatione petendi dispensationem, quia Ecclesia non censetur velle obligare in tali casu cum tali incommmodo: Deinde idem *Diana* P. II, T.5.R.56. & *Sanch.* in *Conf.* L.2.c.1.d.34. n.14. docent, quando